Quelle: https://manuscripta.at/?ID=1002
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift



22 19

no autem sic diuis omnium · sed subiecti erant et ad ordinem
est usq; ad plenitudinem temporis aetatis · Ita et nos
cum essemus paruuli sub elementis mundi eramus
seruientes · Et ubi venit plenitudo temporis · misit deus
filium suum factum ex muliere factum sub lege ut
eos qui sub lege erant redimeret · ut adoptionem filiorum dei
reciperemus · Quia autem estis filii dei · misit spiritum fi
lii sui in corda nostra clamantem abba pater · Itaque iam non est
seruus sed filius · Quod si filius et heres per deum
Speciosus forma pre filiis hominum diffusa est gratia in labiis Gre
gorius ℣ Erit autem cor meum vbi thesaurus meus · Dico ego opera mea
regi lingua mea calamus scribae velocis scribentis Alla ℣ dominus re
Ad illo tempore · Erant ioseph et ma Secundum Lucam ℣ Z
ria mater ihesu mirantes · super his quae dicebantur de
illo · Et benedixit illis simeon · et dixit ad mariam
matrem eius · Ecce positus est hic in ruinam et resur
rectionem multorum in israel et in signum cui contradicetur
Et tuam ipsius animam pertransibit gladius · ut re
uelentur ex multis cordibus cogitationes · Et erat an
na prophetissa filia phanuel de tribu aser · Hec processe
rat in diebus multis et vixerat cum viro suo annis erat
septem a virginitate sua · et hec vidua vsq; ad annos
octoginta quatuor · que non discedebat de templo ieiunis
et obsecrationibus seruiens nocte ac die · Et hec ipsa
hora superueniens confitebatur domino · et loquebatur
de illo omnibus qui exspectabant redemptionem israel
Et ut peracerunt omnia secundum legem domini reuersi sunt
in galileam in ciuitatem suam nazareth · Puer autem crescebat
et confortabatur plenus sapientia et gratia dei erat
cum illo off' Dis enim firmauit Secre Quicede quis